



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

7. S. Romualdus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

Instructio meritoria.

Quoties hodie transibimus Imaginem
Jesu Crucifixi, toties flectentes dicamus:
*Jesu Nazarene! Rex Judeorum! mi-
serere mei!* Et ut Deus augeat cultores
Sacratissimi hujus Nominis, hodiernam
Confessionem, & S. Communionem
cuin uno S. Rosario offeramus cum S.
Bernardo optantes:

*Jesum omnes agnoscite,
Amorem ejus poscite,
Jesum ardenter quærите,
Quærendō inardescite!*

Festum S. Romualdi S. Ord.

Camaldulensis fundatoris.

EXHORTATIUNCULA I.

Mirabilis Deus in vocationibus suis!
Interfuit Romualdus cædi alicujus.
Et ò digitum Dei! mox inter homines
vivere desiit, séque inter deserta, &
speluncas penitus sepelivit. Quotidia-
na, mi fili! cernimus mundi, & homi-
num pericula: & tamen non fugimus?
quàm justè timendum, ne incidamus.

K 4

Nun-

Nunquam honestior, nunquam & securior fuga, quam si contra peccata!

Instructio meritoria.

Ut nostram, & aliorum salvemus animam, à manè & vespere versus quatuor mundi plagas flectamus, & signantes signo S. Crucis dicamus: *ecce! Crucem Domini! fugite partes adversæ, addamus demum s. Pater, & Ave cum te decet Laus, tibi gloria &c.*

II.

S. Romualdus dicere est solitus: centum annos hilari animo traduxi in religione, sed viginti, quos transagi in saeculo, me angunt maximè. O Fili! Deo soli intendamus! homines fugiamus! sensus nostros contineamus, & jucunda erunt vitæ nostræ tempora. Et quid impediet, ne fiat? Deo adhærere est beatè vivere. Reliqua opinione bona sunt, sed natura in illis bona non est. Solum illud bonum est, quod sempiternum. Hoc extrâ Deum quærere possumus: invenire autem nunquam.

Instructio meritoria.

Deploremus perdita, & inter falsos mun-

mundi favores malè transacta tem-
pora, & iterum redimamus. Quomo-
do? per septem dies quotidie unum ex
psalmis pœnitentialibus recitandō, & ali-
quem cibum (si plures apponenterentur)
determinate Deo offerendō. Vivimus,
non ad delicias, sed ad salutarem pœ-
nitentiam. Vitam & sanitatem debe-
mus corpori, non sensualitatem, vel
voluptatem.

III.

S. Romualdus adeò orationem adama-
vit, ut aut nullum, aut rarum somno
tempus dederit, per omnia vigilans, ne
sui spirituales filii vincerentur aut otio aut
somnolentiā. Suīs vigiliis sanus in annos
centum & viginti vixit. O nos timidos!
timemus sanitati, dum diutiūs vigilan-
dum, aut orandum. Confidamus Deo,
de cuius amore tunc agitur. Scit, &
vult Deus servare famulos suos. Pro-
misit dudum: *Ego diligentes me diligo.*

Instructio meritoria.

*Vigilate, & orate, mandatum Do-
mini est. Subtrahamus hodiernæ (si
quæ fuerit) recreationi, conversationi,*

K 5

&

226 VIII. Februarii. S. Joannis de Matha.

& nocti unum alterumve quadrantem, &
aut pio studio, aut sacræ scriptioni, aut
devotæ orationi ac Meditationi applice-
mus. Pro hâc nostri victoriâ offera-
mus unum supererogatorium Rosarium
expansis brachiis recitandum. Vim pa-
titur amor! Magno sunt Dei beneficia!
magnis & multis compensantur cum
humilitatis, cum pœnitentiæ obse-
quiis.

Festum S. Joannis de Matha
Ordinis de SSS. Trinitate Fundatori
divinitus electi.

EXHORTATIUNCULA I.

Quid miserabilius captivitate? hanc
ut tolleret Deus apud Christianos,
specialem adinvenit Ordinem pro re-
dimendis captivis è potestate Saraceno-
rum. Dilecte! de tam sancto instituto
quis non gaudeat? aut Deo gratias non
agat?

Instructio meritoria.

Igitur *Te Deum Laudamus* perfo-
vamus, & per manus S. Joannis pro li-
beratione omnium fidelium, qui forte-
inge-

